



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 181. Idem relicta Bohemia Romam reversus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

confessu redarguere, ac perversam illius indolem manifestam reddere potuisset, occasione neglecta, nequidem ullum protulit verbum, quod Rochisanam offendere, aut in se Fautorum ejus invidiam concitare potuisset. Nihilominus tantum absuit, ut Viri moderationem deprædicarent Bohemi, ut etiam eundem aperte accusarent, illum eo duntaxat consilio hærentis orationem excepisse, ut Rochisanæ confusionem, quam quidem tegere simulasset, omnium tamen oculis manifestius exponeret. Denique tam variis, indignisque modis Legatum habebant, ut ei absque summi Pontificis, cujus vices gerebat, injuria, necnon Apostolicæ auctoritatis dispendio in tali regno, ubi Ecclesiæ hostibus plena insultandi libertas patebat, diutius morari haud licuerit, quocirca ad sua reverti serio meditabatur.

## §. CLXXXI.

*Legatus relicta Bohemia Romam reversus.*

Ceterum clam abire minus consultum suoque honori haud congruum fore arbitrabatur. Verum nil propius esse videbatur, quam ut ob hanc ipsam decenitiæ sollicitudinem vitæ suæ jacturam faceret; Hussitæ enim non modo in Bohemia

Sæcul. XV.

A.C. 1448.

Sæcul. XV.  
A C. 1448.

nia insidias ei parabant, sed etiam ad potissimas Principum Germaniæ ditiones, quas Romam iturus peragraret, sicarios emittebant. Nihilominus tam provide iter suum instituit, tantaque vigilantia ac studio a Principibus Imperii, & urbium Magistratibus, quorum terras pertransibat, protegebatur, ut tandem Hussitarum manibus ereptus, sanus & incolumis Romam venerit, Papæ Legationis suæ rationem redditurus.

§. CLXXXII.

*PetarSCO Bohemiæ Gubernator fati-  
fundus.*

Optimas hujus Legationis spes potissimum elusit dissensio Mainardum inter & Petarsconem, regni Gubernatores. Ille enim Catholicæ Religionis studio accensus primas eo curas intendit, ut avitas Patriæ leges, & sanam Ecclesiæ Romanæ doctrinam revocaret: PetarSCO econtra, qui Rochisanam in paucis sibi carum Pragensi Ecclesiæ præfici, omni ope & opera contenderat, ægerrime tulit, Apostolicas literas tam avidè expectatas longiori, ac nimium quæsitamora recusari. Nihilominus Mainardum tanto in honore habuit, ejusdemque virtutem admiratus est, ut nunquam illius consiliis palam oblectari, aut seditiosos, quos